



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm. Servandi Pvblicas, Sacrasqve Processiones,  
Sev Svplicationes, Tam Ordinarias, quae fiunt certis  
diebus per annum; quàm extraordinarias, quae varijs ac  
publicis Ecclesiae de causis in ...**

**Coloniae Agrippinae, 1640**

De Processione ad petendam pluuiam

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9480**

# DE PROCESSIONE ad petendam pluuiam.

**A** Guntur omnia, ut supra in Litanijs maioribus, usq; ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur: Ut congruentem pluuiam fidelibus tuis concedere digneris, Te rogamus audi nos. In fine postea dicitur: Pater noster. secrete. Verf. Et ne nos inducas in tentationem. Resp. Sed libera nos à malo.

## Psalmus 146.

**L**audate Dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda, decoraq; laudatio.

Ædificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israëlis congregabit.

Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.

Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientia eius non est numerus.

G

Suscit-

Suscipiens mansuetos Dominus:  
humilians autem peccatores usque ad  
terram.

Præcinite Domino in confessione:  
psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus:& parat  
terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœnum:  
& herbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum:  
& pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntati  
habebit: nec in tibijs viri benepla-  
citum erit ei.

Beneplacitum est Domino super ti-  
mentes cum:& in eis qui sperant super  
misericordia eius.

Gloria Patri.

*Quo finito dicantur Preces.*

*Vers.* Operi Domine cœlum nubi-  
bus. *Resp.* Et para terræ pluuiam. *vers.* Ut  
producat in montibus fœnum. *Resp.* Et  
herbam seruituti hominum. *vers.* Riga  
montes de superioribus tuis. *Resp.* Et de  
fructu operum tuorum satiabitur ter-  
ra. *vers.* Domine exaudi orationem  
meam.

DE PROCESSIONIBVS.

35

meam. *Resp.* Et clamor meus ad te ve-  
niat. *vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et  
cum spiritu tuo.

ORATIO.

**D**EVS, in quo viuimus, mouemur, &  
sumus, pluuiam nobis tribue con-  
gruentem, ut præsentibus auxilijs suf-  
ficienter adiuti, sempiterna fiducia liùs  
appetamus.

ORATIO.

**P**RÆSTA, quæsumus omnipotens  
Deus, ut qui in afflictione nostra de-  
tua pietate confidimus, contra aduer-  
sa omnia tua semper protectione mu-  
niamur.

ORATIO.

**D**A nobis, quæsumus Domine, plu-  
uiam salutarem, & aridam terræ  
faciem fluentis cælestibus dignanter  
infunde. Per Dominum nostrum  
IESVM Christum, &c.

*Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et  
cum spiritu tuo. *vers.* Benedicamus

C 2

Do-

Domino. *Resp.* Deo gratias. *Vers.* Exaudiāt nos omnipotens & misericors Dominus. *Resp.* Amen. *Vers.* Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. *Resp.* Amen.

## PROCESSIO AD postulandam serenitatem.

**O**mnia ut supra in Litanijis maioribus, & in Litaniarum Precibus bis dicatur: Ut fidelibus tuis aeris serenitatem concedere digneris, Te rogamus audinos. Ad finem obsecrationum dicitur Pater noster, &c. *Vers.* Et ne nos inducas,

### Psalmus 66.

**D**eus misereatur nostri, & benedict nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lx-